



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. De peccato, & obligatione incutientis metum ad matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

10. Sed nos putamus, in utroque exemplo esse validum Matrimonium, quia in utroque abest iniustitia, & coactio. In secundo exemplo, id est in iudice iam conceditur ab adversariis: In primo probatur; quia tunc Caius dicendo *Duc meam filiam, secus te accusabo*, non se illicitè gerit, nam si rectè & attente res expendatur, Caius non comminatur accusationem, nec Titium ab solutè cogit, sed sub conditione proponit, ut, si Titius velit evitare accusationem, cui ipse causam libere dedit, & quam sine peccato deferre Caius potest, filiam libere ducat. Nihilominus, (v. dixi) non nego propter extrinsecam Doctorum auctoritatem, atque eorundem non contemnendam rationem, posse illorum opinionem probabilem reputari.

Matrimonium contractum ex metu iniusto, sive gravi, sive levi, sed non incusso, ad Matrimonium extorquendum.

11. Omnes conveniunt, hoc matrimonium esse validum, nam si quis v. g. ob timorem mortis ab inimico suo iniuste inferenda, eligeret sua prædia mihi vendere ut expeditus à patria discederet, mortemque vitaret, valida esset venditio; quia timor ab inimico illatus, cum non fuerit directus, ad extorquendam venditionem, venditionem inficere non potest. Idem ergo in Matrimonio, & idem in votis, docet merito Sanch. lib. 4. matr. d. 12. n. 3. & lib. 4. in dec. c. 3. n. 4. alii que.

Matrimonium contractum ex metu sive gravi, sive levi incusso à causa extrinseca non libera, v. g. à Naufragio.

12. Omnes pari modo consentiunt, hoc Matrimonium validum esse. Ratio est, quia sic homo non ab alio, sed à se ipso impulsus eligit illud remedium Matrimonii, tanquam conducent ad liberationem suam, id, quod non est ex metu matrimonium contrahere, sed ex amore sui boni. Adde quod n. præc. dictum est, consensum Matrimonii non posse infici à timore illo concepto ex naufragio nulla ratione incusso ad extorquendum ipsum Matrimonium.

Matrimonium ex metu dolo, an sit validum?

13. Hic incidit auditu iucunda quæstionculla, quæ in ipsa narratione casus commodius agitur.

Titius, vir pius, cupiens Caium per familiarem suum à malo animæ statu subducere, quod obtinere non facile poterat, nisi contracto per ipsum Caium matrimonio cum Amasia, quam cæco amore captus deperibat, hoc artificio usus est. Dum opportune amicus levi correptus febricula in lecto decumberet, Medicum exoravit, ut gravibus verbis affirmaret, hominem maligna, ac periculosa febre laborare. Morem amico gessit nimis indolens Medicus. Vnde Titius Caio persuadere potuit, ut Amasiam legitimè duceret, ne periculum subiret in pravo statu decedendi. Quæ denunciationibus confectis, Episcopi auctoritate dilatis, matrimonium coram Parocho, & Testibus tota latante familia, quæ id maxime peroptabat, lecto decumbens cum ea puella contraxit. Eo tamen vix celebrato, stratagemam illi aperuit Titius, ne scilicet diutius in eo mortis imminenti trepidatione amicum detineret. Et res profecto commode processit, nam Caius inito coniugio libens acquievit. Obtrulit tamen occasionem Theologis disputandi de duobus. Primo, an id potuerit prudenter, & sine peccato moliri Titius, & Medicus cooperari?

Secundò, an matrimonium illud extortum ex metu ægritudinis non verè, & incusso operâ Titii, eo ipso, sine nova ratificatione, validum fuerit? Quoniam verò prius ex his huius loci non est, agamus solum de posteriore.

14. Respondeo. Tres non absumiles casus inducit, resolvitque De Lugo de Iustit. d. 22. num. 169. si fingas, inquit, advenire hostes iuste occisuros cives omnes præter

Religiosos quibus nolunt nocere, & Petrus circumtus ex metu occisionis. Religiosus siq. professus vult. Item Secundo, si fugas revelationem, qui dicitur Petro propter ejus peccata vult, anno sequenti medio tollere, nisi resipiscat, & Petrus eo metu Religiosus fiat, ut imminenti mortem fugiat, Professio bit, redditque rationem, quia, inquit, ad matrimonium causandam, requiritur, ut metus sit iniustus, sive se, id est, ut sit de malo iniuste ferendo, & non de malis dictis, licet metus sit causatus, à dolo, & dolom, tamen ipse metus in se iustus est, iniuste causatus mala propter nostra peccata. Cum ergo ex dolo, & error non fuerit circa substantiam, & non vnde irrita sit illa Professio. Ex eadem doctrina n. 170. Tertium casum, videlicet, validam fuisse Professionem cuiusdam Adolescentis, quem cum meretricibus cubante, amicus quidam deterruit, immittens funiculum sulfure vinctum, quem prius foras mittens à cubiculo inferiore ad lectum usque alligaverat, cum repente lectulus ardere cepisset, credens dolo, modi ignem immisissum fuisse in penam sui peccati. Ordinem Religiosum se contulit, & laudabilem exiit re nunquam à deceptore detecta. Professio tamen licet ex metu facta fuerit, non tamen ex metu, sed ex dolo dicto, quare valida committitur. Hæc ille. Quæ omnino militat in casu nostro de Matrimonio Caii, cum in hoc par sit ratio Matrimonii & Professionis, ut idemten De Lugo indicat dicto n. 170. Doctrina huiusmodi, sic se habet, si placeat videri illam corrigere.

§. III. De peccato, & obligatione incurrenda ad Matrimonium. Remissum.

1. DE his satis dixi suprà. 3. de spons. c. 4. & c. 1. v. l. etiam in n. 5. in Dec. c. 1. & c. 2. sunt hinc proportionaliter applicanda. Quia autem Iudex, ne puella ad Matrimonium cogatur, & quæquæ ratione possit illam custodire in Monasterio nialium, vide apud Dianam p. 11. c. 3. r. 1. Denique, an peccet, qui coactus metu Matrimonium contrahit, dixi suprà tr. 1. de imped. c. 17. §. 1.

CAPVT VII.

De Matrimonii ratificatione, quando illud validum non fuit.

1. Tripli modo nullum esse Matrimonium saliter contingit. Primò, per defectum coitus, sive, quia is fuit fictus, sive, quia fuit coactus, & n. 1. tu. Secundò, per defectum habilitatis personarum, qui contraxerunt, impedimento dirimente laborante. Tertio, per defectum solemnitatis indotte à Trident. sess. 24. cap. 1. de matr. puta, si in Matrimonio coactus de præfenti non adfuit præfentia Parochi & Testium. 2. Quando hic tertius defectus occurrit, debet contrahens ab utroque conjugè renovari consensum, idque coram Parocho, & Testibus, si validum velis Matrimonium, mis est clarum, & clarius fiet ex infra dicendis. 3. igitur hic solum debemus, quando duo priores defectus occurrunt.

§. I. Ratificatio Matrimonii invalidi ex fide, vel nullo consensu.

1. QVærimus, an, sicut certum est, cum qui coactus nullum, seu fictum, vel ex metu præfentem in Matrimonio, debere verum, liberumque consensum de novo præstare, si velit Matrimonio validitatem adferre, debeat alter, qui verè, & libere consensum iterum, & novo consentire.